

Thomas Tilander


**Rector Academiae Rostochiensis Thomas Lindeman I. D. Ad Exsequias, Quas ...
Dn. Andreae Groshennig SS. Th. Doctori, Professori, pastoriq[ue] Jacobaeo
designato, Ampliſimus huius urbis Senatus, hospes & templi Iacobaei praefecti,
paratas cupiunt, Academiae Cives invitat, ad. diem 30. Decemb.**

Rostochii: Pedanus, 1625

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756280974>


Druck Freier  Zugang






Uiac
orum
regium.

Vol. 241. (3.) <SON>





RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
THOMAS LINDEMAN

J. D.

Ad Exsequias,

Quas

VIRO REVERENDO, CLARISSIMO,
Excellentissimo,

DN.

ANDREÆ

GROSHENNINGSS.

Th. Doctori, Professori, pastoriq;

Jacobæo designato,

*Amplissimus hujus urbis Senatus, hospes & templi
Jacobæi præfeti, paratas cupiunt,*

Academix Civis invitat,


ad diem 30. Decemb.




ROSTOCHII

Excudebat JOACHIMUS PEDANUS,

ANNO M. DC. XXV.



RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
THOMAS LINDEMAN
J. U. D. & Professor.



Nnus est unus & menses quasi de-
cem, cum ex hac Academia in cele-
stem discessit, Dn. JOANNES AF-
FELMANNUS Theologus eximius,
ac de studio Theologico, hujus Aca-
demie bene meritus: quem in fine e-
jusdem anni juvenem virum senex
ultra septuagenarias, JOACHIMUS
WESTPHALUS, Ecclesia Dei
ad S. Jacobum Pastor & Superintendens vigilantissimus,
secutus est. Quo discessu cum illi utrumq; locum
& Professionis Theologicae in Academia & Pastoratus in Ec-
clesia vacuum reliquissent, Amplissimus hujus urbis Senatus
ad curam suam pertinere arbitratus est, utriq; successorem
prospicere, quam primum, quamq; dignissimum. Successit co-
natus, praemissa numinis divini invocatione & solennibus a-
lyis, adeoq; divina providentia sic ducente oblatum est, Dn.
ANDREAS GROSHENNINGIUS, vir Reverendus, insigni
pietate, morum amabili candore, ac probitate singulari orna-
tus: cujus cum praeter has virtutes, eruditionem, eximiam

132

ac donorum ad utramque functionem necessariorum
 copiam, ex fama ac testium fide dignorum predica-
 tione cognovissent, idoneum putarunt, cui utraq; functio
 rectè committi posset. Cum vero soleat non raro contingere,
 ut fama presentiam minuatur & concepta expectationi even-
 tus non respondeat: hujus viri adventus ita celebratus fuit, ut
 famam, expectatio, expectatione adventus ipse & adprobatio
 superaret. Itaq; nò solum in privatis congressibus Amplissimo-
 tum ac doctissimorum virorum, sed & frequentissimis populi
 cœtib; placuit, ut uno omnium, ad quos id pertinet, ore ac
 suffragio, in Academia quidem Theologia Professor, in Eccle-
 sia vero populi Christiani Pastor electus constitueretur. Jam
 constituta, transacta, confecta erant omnia, jam ille ad uxo-
 rem dilectissimam suam, & liberos, quos domi pejuscule
 habentes reliquerat, reditum apparabat, jam oscula ample-
 xus, gratulationes, spe non dubia præceperat, inq; animo ha-
 bebatur: cum fortunæ ex transverso incurrentis malignus qui-
 dam impetus, seu fati illa series, sive, quod rectissimum est
 & Christianæ fidei ac pietati convenientissimum, Dei provi-
 dentis ac sanctientis paterna voluntas, eum morbo corripi si-
 nit, in lectum conjecit, & intra paucos dies mortuum, libe-
 ris parentem dulcissimum, uxori maritum charissimū, Eccle-
 sia Pastorem, Academia nostra desideratum Professore erip-
 sit, & ad se vocatum, in cælum transtulit.

Τὸ πνεῦμα, ἢ ἡ ψυχή, ἢ δὲ ὁσάντοι καὶ ἀλέξω;

Romane fidicen lyra illud occidit:

Quid quisq; videt, non homini satis,

Cautum est in horas.

At cygnus ille Direus altiore sono ingerit

— ἦς

— sanè

Bestiæ ἢ κέρταξ

Mortalium præscriptus est

ἡ ἄσπετος ἢ ἡ ἀνάσσει,

Terminus nullas mortis;

ἢ ἡ ἀσπίς ἢ ἡ ἀσπίς

Neq; scimus quando tranquillū diē

A a

ἢ ἡ ἀσπίς

ὅποτε παῖδ' ἄλιε
ἀλειροῖ σὺ ἀγαθῶ
τελευτάσμεν.

ῥοαὶ δ' ἄλλοι ἄλλαι
εὐθυμῶν τε μὲ καὶ
πόνων ἐς ἀνδρας ἔβαν.

Unquam filium solis
Stabili cum bono
Finiemus.

Nam fluxus alias alij
Cum voluptatibus &

Laboribus homines invadunt.

Est etiā qui varias leti vias & modos considerandos monet.

Ἄλλαν δ' ἄλλα κελύδα φερεὶ θρογοῦν ὄλεθ,

alium alia via ferunt ad mortem lacrumabilem. Sed his omissis, quæ mœroris plurimum afferant animis anxij, solatij vero & quidem solidi perparum, illum audiamus, qui tempora nostra in manibus domini esse docet, quæ ille mirabiliter, præsertim in sanctis suis, disponat, ordinet, ac dispenset. Et certe, cum alijs de causis à propheta mirabilis dicitur ille puer nobis natus, & filius nobis datus, cujus genetilia his diebus celebravimus, tum vero, quod in hoc, de quo loquimur, vite nostræ mortisq; negatio mirabiliter versatur. Idq; vel in hoc exemplo, quod ob oculos habemus evidentissimum est, si vel leviter inspiciamus. Natus est enim hic noster, imo jam non amplius noster, D. ANDREAS GROSHENNING Loburgæ in Archiepiscopatu Magdeburgensi, ante annos, ut accepimus 37. ex patre verbi divini ministro quem, virum fuisse pium, probum & eruditum ex hoc filio apparet, qui suis virtutibus paternas approbavit, tam eas, quibus natura indoles deprehenditur, quam cæteras, quæ more & educatione percepta & exempla domestica producuntur. Eam n. pietatem prædicarunt nobis in ipso testes Ecclesiastici, eam probitatem politici, eam doctrinam eruditi, quæ non nisi ab optima indole, ab accurata educatione, à fidei institutione proficisci potuit. Multa quidem sunt humani ingenij latebræ, multi recessus, nec statim primæ fronti credendū esse, ex præcepto sapientis scimus, & quotidiana experientia docet, non esse pietatem

tatem in omnibus, qui speciem ejus pra se ferunt: sed tamen hoc verum est, quod apud Comicum dicitur, longè aliter catulos olere, aliter sues. Facile fucus deprehenditur, si advertas, pellucet arugo, neq; tam omnia sibi constabunt simulata, quin suo se indicio, ut sores, prodant, si in probando lapidem & artem ad bibeas. Harum igitur virtutum semina cum ex natura & parentibus, cultum vero & augmentum etiam à magistris in Brandeburgensi schola accepisset, VVitebergam est missus, illam religionis per B. Lutherum restaurata metropolin, ut linguarum & artium studia persecutus, animum ijs preparatum afferret ad studium Theologia, cui & à patre & à se ipso devotus ac consecratus erat. Id ergo totos annos 14. adeo fecit gnaviter, ut vel hinc appareat mirabili Dei ductu & gratia hunc ejus ministrum proVectum fuisse. Cum enim sciret liberalia studia, praesertim Theologica, nec levi brachio, nec pleno & gravi ventre esse tractanda, ut nullum tempus sibi vacuum periret, quod studijs non datum sibi perire putabat, ita sobrie vixit, ut aliquot annos, non nisi semel, idq; citra saturitatem de die cibum sumeret. Vbi estis adolescentes, qui ut canes è Nilo, ita ex literarum & artium fonte bibitis; nec certè aliter potestis, vel per Bacchum, cui mane sero, noctu diu sacra fiunt, cui sua pervigilia plurium quoq; noctium continuantur, frequentantur, repetuntur: vel per Erin, non quidè illam laudabilem, Hesiodi pradicacione hominibus penecessariam, sed per alteram Bacobi filiam:

Bacchus enim genuit trepidum certamen & iram

Ira truces inimicitias, ac triste duellum,
inter eos qui Musarum & Pacis à lumni esse debebant, vel per Lasciviam, qua non tantum studijs eripit sua tempora, sed animum plane effeminatum, & ad studia ineptum reddit. Plato Syracusanus mensas damnabat, in quibus homines de die bis siebant saturi. Quid vero Platonem huc advoco? ubi


A 3

Apo-


Apostolos & Ecclesia patres, priscos ac recentes, magno numero ac splendore virtutis τῶν ἁγίων ἁπάντων, producere possem. Unicus noster defunctus doceat moneatq̄, non habitare Spiritū Sanctum in animis Baccho, Eridi, Laſcivia deditis, neq̄, Musis, qua sobria sunt, qua placida, qua caſta, cum dijs damnosissimis vel minimum commercii intercedere. Hæc ergo studia pietatis, temperantia, modestia, cum ita tractasset, ut in omnium oculis eſſet, plurimorum sibi honorem & favorem comparasset, ad Loburgensis Ecclesie pastoratum ac inspectionem vocatus est. Magnorū fluviorū etiā fontes eſſe navigabiles, ex hac ejus functione palam est, quam annis quatuor fideliter ac vigilanter administravit. Iisdē artibus effecit, ut Reverendiſſ. Sereviſſ. q̄. Principis Domini CHRISTIANI VVILHELMI Administratoris Archiepiscopatus Magdeburgensis, Coadjutoris Episcopatus Halberſtadensis, Marchionis Brandenburgensis, Ducis Borussia, nutricij ſui conſenſu & autoritate, literis etiam ſenatus patrij inſtructus, VVitebergam iret, ac honoribus Theologia ornaretur anno hujus ſeculi 22. quo Theol. Doctor ſolemniter creatus & renūciatus est Cui honori adjunctus alter, ab EUPHROSTNA Doctoris POLYCARPI LEYSERI celeberrimi Theologi filia, quam cum in ſui amorem facile tot virtutum illicio traxiſſet, uxorem impetravit, ejusq̄, ſuaſiſſimæ conjunctionis & conjugij concordis fructum, Deo benedicente, adeptus est filiolum unum POLYCARPUM a vo materno cognominem, & filiolum ANNAM ELISABETAM quos cum huc iret egrotantes, reliquit, nec rediturus, dolorem tantum ac decus magnum pro ipſo patre redditurus. Et nunc illi quidem ſalvi, ut ſperamus, ac ſoſpites, una cum matre ſollicita, Deum precibus invocant, patris reditum poſtulant, votis deſiderant, & oculorum quotidiana emiſſione adducunt, ſed nuntium tandem haud letabilem, pro leto novi anni aſpicio accepturi. Earundem virtutum fama apud nos quoq̄
ſpar

134
sparsa, ut antea dici ceptum erat, favorem & amorem in Amplissimo hujus urbis Senatu concitavit, cujus autoritate honorifice vocatus, decimo hujus mensis die, prudentissimo Senatore Dn. JOHANNES MASIO comitatus Rostochium venit. Hospitium adveniēti praeiit rogatu Senatus, Dn. JOHANNES QUISTORPIUS Theolog. D. collega noster colendus & Ecclesiastes, qui tantum sibi hospitem etiam ultrò oblatum ac receptum sibi gratulatus esset, quippe qui meminerat, etiā Angelos hospitio acceptos, ab ijs qui se homines in tectum recipere putabant. Hunc verò pacis Angelum in hac Schola & Ecclesia designatum esse sciebat. Fecit igitur libenter, quod suo isti officio congruum & hospiti gratum acceptumq; judicabat, nullas comitatus, benignitatis, humanitatis partes intermisit. Die hujus mensis 16. in templo S. Mariano concionem, die duodevigesimo in S. Jacobo, cui destinatus erat pastor, ad populum Christianum habuit, & omnium recte judicantium puncta ac suffragia cum applausu tulit. Itaq; postridie Professor Theologiae in Academia & Pastor Ecclesiae S. Jacobae, summo consensu electus, ac sequenti die, cum se Reverendo Ministerio promovere stitisset, ejus quoq; ordinis gratulationem & approbationem consecutus est. Restabat nihil, nisi ut domum reversus adductis uxore & liberis, opus Domini in vinea ejus apud nos aggrediretur. Sed hic demū in actu supremo eluxit, quo ductus ille divina providentia mirabilis tenderet. Eadem enim die tentari cepit morbo ex pulmonum inflammatione, quam peripneumoniam dicunt, eoq; tam acuto, ut per sympathiam simul affecto cerebro periculum appareret. Advocati medici DD. primo JOACHIMUS STOCMANNUS, post JOHANNES BACMEISTERUS, demum JACOBUS FABRICIUS viri ut eruditione ac doctrina singulari, ita usu rerum & experientia Medica probatissimi clarissimiq;. Nihil hi suae artis intentatum reliquerunt, non parvum sumptibus, sedulo peracta
omnis

Omnia curatio, sed omnem diligentiam vicit morbi violentia
& agrotantem die 27. huius mensis inter 11. ac 12. meridianam exstinxit. Virum certe doctrina præstantem, in Latinis, Græcis & Hebræis literis versatissimum, sacra & alterius *nis* *Exobev* historia scientissimum, qui in Theologia veritatem sectabatur magis, quam de veritate (atq; utinam de veritate!) contentiones, cum ejus periculo, cum studiose juventutis damno, cum piorum offendiculo conjunctas. Itaq; virum non saltem scientia Theologum, sed & magis vita, quam ornabat modestia, sobrietate, occupabat meditationibus, precibus, neminem fastidiose contemnebat, de se submisso, de alijs honeste sentiebat, bene etiam loquebatur. Unus ei amor Deo placere, hominibus inservire. In ipso morbo animum placidum, & Christiana patientia munitum ostendit, impatientia signa nulla edidit, se suosq; & Ecclesiam misere afflictam suspirijs crebris, precibus assiduis Deo commendavit, idq; ad extremum usq; halitum, quo animam in ipsius Redemptoris manus consignatam efflavit, & quidem eodem die, quo ante annum, ejusdem templi Pastor cui hic succedebat, discessit. Mirabiliter nimirum sanctos suos Deus ducit, cujus accitu cum discedunt, beati sunt *Doct* *re* *vov*, neq; ullum eos tormentum attingit. Dubium vero non est, quin honestissime vidua luctum ingentem hic nuncius sit allaturus, ut & cæteris omnibus, ad quos aliqua pars huius doloris pertinebit: Sed & hoc certum est, pro eorum fide in Deum, fore ut lapidem projectum non appetant vel admordeant, sed in ipsum projicientem respiciant, ejus voluntatem paternam agnoscant, ei instar liberorum se subijciant & sue virtutis, in hac parte Christianismi documentum edant. Nos o civis Academici, quos ille aut collegas, aut discipulos, aut amicos habiturus fuisset, funus huius tanti viri, qua possumus frequentia, quaq; debemus, prosequamur. Demus hoc illius meritis & affectui, quem erga nos, nostramq; Academiam & Ecclesiam ostendit, & si Deo placuisset diutius evidentiusq; ostensurus fuisset. Demus ipsius D. Leyserij ejus soceri viri de multis Ecclesijs præclare meriti, memoriæ: Demus familiae laudatissimæ, & in ea tribus filijs Doctoribus & quinq; filiabus, quæ omnes maritis Doctoribus nupservunt. Deniq; demus viduis, huic Gröshenningæ ejusq; matri Leyseriæ moestissimis, quibus forte an aliquid lætamentæ ex hoc nostra sympathia testimonio accedat. Simul nostræ conditionis memores Deo patriam, Academiam, civitatem Ecclesiam in usq; nos omnes commendemus. Funus fiet hodie, hora media prima, ad quam ut in templo Mariano frequentes conveniatis, amice contendimus P. P. 30. Decemb. Anno 1625.







the scale towards document

09A

Image Engineering - Scan Reference Chart - TE263 - Serial No.

ges ac Principes sæpè attoniti audivere : Sua-
minentis vim , non secus ac Demosthenici
petum imperij Proceres sæpè sensere. De
non tantum privati, sed & publici partibus,
inis forma, de religionis purioris vindicijs,
ibus rectè instituendis, litium prolaxis telis
ad publicam salutem conservandam necessa-
ovellorum nostri ævi, novas Utopias somni-
lut alter Sulpitius, studio, usu, experienciâ, &
sed & archivis actisq; publicis haustâ scientiâ
planè lepore differebat. Deniq; Encomio Lucij
storû disertissimû & oratorû jurisperitissimû
t. Accedebat naturalis cum decenti venustate
ta gravitas, in divino cultu pietas, in homini-
s, in negocijs expediendis dexteritas, in adver-
peris continentia, in fortunæ instabilitate
quâ bonæ conscientiæ scuto munitâ, omnes
umniarum, invidiæ & livoris ictus ac morsus
repulit. Aulicis negocijs gravibusq; causis
& occupatissimus fuerit, semper tamen
in respexit, ejus ut quondam alumnus, ita
as defensor, imò & excultor perpetuus fuit.
ioz. viro consultissimo Joanne Albino, pandectarum Pro-
bente, eidem in officio susceptus & in collegium Juridici
us fuerit; præstitit se quoq; in hac vitæ statione fidum
siones crebræ, publicæ curæ & molestiæ, eum aulicos &
iri & Labeonis Jcti exemplo annum quasi cum labori-
quibus tamen cum sensu nimis irretiri & aulæ astringi
caria viri consultissimi Christiani Obmichij J. D. exitij,
demicum sibi creditam, luculenter fœneravit. Virtuti-
n adversus affectuum motus, & adversitatum impetus
mavit, seq; invictum reddidit : ast à morbis corporis se-
otius quò animo fortior, eò semper fait corpore debilior:
um in itinere quodam officij ratione suscepto, correptus
ti initio typum tertianæ simplicis gessit, ita non multò
sentavit, & in ædis inducijs indultis, majori paulò post
ruans, incrementum sumpsit, in quartanam degenerans,
Accesserunt lienis & mesaræi obstructiones, & quart-
ples scorbutus, perennis itidem à capite ad fauces & pul-
alcens indelinens tussis, cujus vehementia, venula pul-
monum